

AD ISTHMI A.

AD ISTHM. I.

1. Male *θάσομαι*, secundum obseruata virorum doctorum Koenii ad Corinth. p. 101. et Valk. ad Theocrit. p. 351. 367. Vnum exemplum, quod supererat, Moschi III, 53. *θάσει*, nunc mutarunt in *θησεῖ*, vt factum quoque erat ap. Callimachum. *Ατίθημι*, vbi- que *η* retinent Dores. v. 4. *ἄ ἐγκέχυμαι, ἔγκειμαι*, in qua hymno ornando occupatus sum, studio effuso.

17. Facilius, quam in nota feci, constitues verbo- rum ordinem sic, vt *μεν* non sit distributivae, sequente vel subintellecto *τὸ δὲ* positum, sed *cum determina- tione* aliqua ac *restrictione*, vt plerumque fit. Facit tamen vel sic orationem impeditam particula *τε*, quae sequitur: *ἀνία τ'*, pro hac malim *γ'* scriptum esse. Mingarellus pro *μεν* malebat *ἐν*: *τὸ ἐν ἄρματι τεθρίπ- πω γέρας*. Tum praestat *νωμάσαντι* explere sc. *Ἡρο- δότω, ἐθέλω μιν &c.* Est autem ὕμνος Καστόρειος (pro Καστορος) ἢ Ἰολάου, non certum carminis genus; sed quale olim in similem victoriam curulem Castoris vel Iolai carmen adhibitum fuit: cf. sup. ad Pyth. II, pr. ad v. 13. Debuerunt autem plura in antiquis carmi- nibus de Castoris et Iolai certaminibus et victoriis memorata esse: quod ex v. 23-44. manifestum fit.

33. 34. Probo notam; hoc tamen addam: defendi posse *ἀκοντίζειν αἰχμαῖς* (sc. *ἀκοντίζειν* absolute, et pro *σὺν αἰχμαῖς*), ita *ἰέναι (σὺν) δίσκοις*. At *χερσὶν*, si cum *ἀκοντίζειν* iungas, friget. Immo vero: *οἶα τε (ἐν) χερσὶ* sc. *λάμπει ἀρετὰ σὺν!* in *lucta* et in *pugi- latu*: Castor enim in hoc insignis fuit. Sicque Pin- darus loquitur: *Isthm. V, 11 χερσὶ νικάσαντα*. P. X,